



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ex Illvstrissimo Cardinali Bellarmino Epitome
Controuersiarum Omnium huius Aeui
Lvthero-Calvinisticarvm Sub diuersis Titulis bis
Quadripertitis digestarum**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiae, 1624

LXXXVI [i. e. LXXXVII]. An includatur in Contritione odium peccati
praeteriti?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11726

missionem gratiæ: At Passio nil agit, nil meretur. 3. Quia volunt esse passionem, quoddam esse terrorem fingant: at hoc falsum patet supra.

III. Contritio pertinet ad Euangelium: Testibus Prophetis, Christo, Apostolis, quæ repetitæ Antichristo. Ratio. Quia Euangelium etiã terret, & grauius, quã lex, minatur ignes inextinguibiles, vermes stridores, &c. Lex verò etiã consolatur spe promissionum.

QVÆSTIO LXXXVII.

An includatur in Contritione odium peccati præteriti?

LUTHERUS in serm. de poenit. negat: sed potius vitæ nouæ studium. Confessuro tibi, ait, plus discutendum est, quantum diligas iustitiam, quam quantum odias peccatum: multoq; maiore, imò solo hoc labore tibi cogitandum est, quomodo futuram vitam agas bonam, quam quomodo odias aut deseras præterita mala. Verissimum est enim prouerbiū. Et omni doct. in a. hursig. de poenit. dat a prestantiū. O tima Poenitentia. Noua vita. Ibid. Haec tristitia, de peccatis præteritis, facit hypocritam, imò magis peccatorem. Et Non ego in usu. Scriptura Poenitentia dicitur dolor, sed mutatio vitæ & consilii. Sic in epist. ad Staullium.

II. Sed in art. Smalcaldicis mutauit sententiam: quam tenent hodie nobiscum Lutherani, & Calviniani.

SVADET Lutherus istis. 1. Quia Lactantius ait *πιστὸς οὐκ*, significare Resipiscentiā; non odium peccati. 2. Gal. 6. In Christo IESU neg. Circumcisio, neque præputium aliquid valet sed Nova creatura. 3. Quia. 2. Cor. 7. secundum Deum tristitia est, poenitentiam in salutem stabilem operatur. q. d. non actus vitæ odium, sed amor no. æ. Nam factum infectum fieri nequit: itaq; factum dolere, stultum est.

AUTOR. Peccati memoria & detestatio necessaria est poenitenti. Teste in Scripturis Deo, Prophetis, Christo, Apostolis, & Patribus ac ipsismet Lutheri & Calvinistis: apud Bell. l. 2. c. 4. Adeo ab omnibus peccatores ad odium peccatorum

vocantur. Manet igitur illud S. Gregorii hom. 34. in Euang. *Pœn. est mala perpetrata plangere; & plangenda non perpetrare.* Quia naturalis est mortalibus Synderesis, male facta flagellans intus verbere cœco. S. Aug. l. 50. homeliarum hom. 27. *Nemo eligit vitam nouam, nisi quem veterem poenitet.* Nec secus intelligi Poenitentia potest.

DICO AD I. At ibid. l. 6. diuin. Institut. c. 24. addit, *eos verè resipiscere, quos errati poenitet.* Et vanum est insistere etymologiae vocis magis, quàm vsui.

AD II. Poenitentia, vt & Baptismus, est via ad nouam creaturam: non amplius Circumcisio. Proinde dicitur, Act. 2. *Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum.* Act. 8. *Pœnitentiam age ab hac nequitia tua.*

AD III. Ibi tristitia non est dolor de peccatis, sed mœror de obiurgatione natus, inducens ad poenitentiam.

QVÆSTIO LXXXVIII.

An includatur in Contritione Propositum rectè viuendi?

LUTHERANI variant. I QVI Contritionem Fidei prorem esse volunt, & Poenitentiam diuidunt in Contritionem & Fidem; j Contritionem definiunt terroribus & odio peccati; Fidei verò esse factum sicut rectè viuendi propositum. Sic ferè piet. q. 10.

II. QVI Contritionem Fidei posteriorem asserunt, vt Lutherus, & Calvinus. Iust. l. 3. c. 3. hi admittunt bonæ vitæ propositum in Contritione contineri.

SVADENT itaque priores istis. 1. Dauid tantum dixit, *Peccauit.* Nihil itaq; solum poenitentiam egerunt oratione & ieiunio: Sic prodigus, sic Publicanus: Nil de proposito vllo. 2. Contritio sufficit ad veniam: at proprie solum includit actum quod nollemus. Et in se Deum sine proposito aliter viuendi: ergo sine hoc per illud solum iustificari possumus. 3. Dolor de peccatis admissis virtute includit melioris vitæ propositum: ergo sufficit solus. &c.

V V 2 A V